I. N. J.

Conſpectus Secundus
MAGISTRORUM ORDINIS TEUTONICI GENERALIUM,

PRÆSIDE

M. Martino Böhm P. P.

ſiſtitur

a

Johanne Jacobo *Marrewitzio*
Chriſtburgo-Pruſſo.

impugnandus

a

Johanne Friderico Thomas, *Thorunienſi*
&
Jacobo Perſchkio, *Mariæb.*

In Gymn. Thorun.
An. M. DCC. XII. d. XV. Junii.

THORUNII,
Impreſſit Joh. Nicolai, *Nobil. Senat.* & *Gymn.* Typographus

Inclutæ Reipublicæ Thorunienſis

MAGNIFICO SENATUI,

Viris Nobilitate generis, prudentia civili, inſignibusqve virtutibus, qva ſago, qva toga ornatiſſimis,

Evergetis, atque Patronis ſuis,

Muſarum Statoribus,

gratum hoc memoriæ monimentum

humillime

d. d. d.

Reſpondens.

Pol. 8. II 1195/2

Esto, –

Biblioteka Uniwersytecka Starodruki w Toruniu

I. N. J.

CONSPECTUS II.

Magiſtrorum Pruſſiæ Generalium.

§. XI.

HANNO de SANGERHAUSEN, Dux Brunſwicenſis, ut manifeſtis documentis ex *Petri Albini* Miſnenſi & M. *Henrici Buntingii*, Brunſvicenſi Chronicis comprobat *Henneb. Expl. Maj. Tab. Pruſſ. fol.* 372. 373. Paderbornenſi & Waiſſelio nominatus Anne. Auctori Chronici Latini *Haymo. Henneb. l. c.* Anno vel *Hans.* Murinio Hans: antea fuit Magiſter Livoniæ a Poppone *A.* 1258. illuc miſſus, quod officium *An.* III. obiit, & e Magiſtro Livoniæ Provinciali Magiſter Pruſſiæ Generalis conſtitutus eſt an. 1261. Ita arbitratur *Balth. Ruſſov. Chron. Livon. Part. II. p. 22 a. b. Waiſſel.* & Murin. electum eſſe ferunt an. 1263, *Schutzius* & *B. Hartknoch.* an 1264. præfuit ordini an. XII, omnibus conſentientibus, ſed de loco obitus ejus quamplurimum diſſentientibus. *Ranis, Mulſelt, Daubman* in Chronicis ſuis notant, Magiſtum hunc mortaliratem depoſuiſſe Treviris. *Paderborn. & Waiſſel.* iu Germania, Marpurgique in Haſſia an. 1275. ſepultum. *N.*

 Joreſch.

Jeroſch. poſtremam itidem opinionem ſequitur. *Murinius* p. 50. Treviris mortuum ſepultumque docet. *Dusburg*, *Schutzius* & *Hartkn.* Annum locumque obitus & Sepulturæ non exprimunt. Primus tamen diem mortis expreſſit, utpote VIII. *Idus Julii* Part. VIII. cap. CXIII.

§. XII. *Comes* Hartmannus *de Heldrungen. Henneb.* Hardman, *Antiqv.* MS. Chron. Germ. & *Paderbornenſi* von Helderingen. *Chron. antiqv. Germ. in Biblioth. Regiomontana* Magiſtrum hunc an. 1274 electum eſſe obſervat, quem ann. retinet *B. Hartkn.* A. und N. Preuſſen Part. II. cap. 2. ſed in ſerie Magiſtrum ordinis Teutonici General. prætermittit. MS. *Chron. Germ. Waiſſel. Schutz. Murinius* annum Electionis determinant 1275. Venetiis agens Magiſtrum Provincialem in Pruſſiam miſit, ex ſententia *Paderborn.* f. 79. & *Murinii* Dietericum von Gatterleben ſed B. Hartknoch. a Poppone jam *m*iſſum fuiſſe affirmat, & alios ſubſtituit Magiſtros utpote Conradum de Tierbetg *S*en. vel Turberg, Conr. à Feuchtwangen/ Mangoldum de Sterenberg, Conrad. de Tierberg Jun. vel Tierburg. Præfuit Ordini ann. VIII. ſecundum *Gerſtenbergerum* an. XII. de Loco & anno mortis ſepulturæque Magiſtri hujus Generalis vehementer diſcrepant Hiſtorici. *Ex Chronologia* Dusburgii obiit *X*IV. Kal. Septembris, quam ſequitur

tur B. *Hartknoch.* in Serie Magg. O *T.* General. *Schutzius* adjicit annum 1283. *Gerſtenbergerus* apud *Henneb.* f 372. *N*oribergæ mortuum & *M*ariæburg. ſepultum nugatur. Ipſe *Henneb.* tradit, eum Veſp. S. Bernhardi deceſſiſſe Venetiis, ibidemque honeſta ſepultura condecoratum. Quæ ſententia *Paderborn*, *Waiſſelio* & *Murinio* placet. Cum enim Acconam viſitandi ordinis ſui ergo profectus eſſet, reverſus inde in morbum incidit, Venetiisque quod mortale erat exuit, in Templo Ordinis Teutonici humatus honorifice. *Paderborn.* & *Waiſſel.* ille p. 81. b. hic p. 91. b. teſtantur, eſſe nonnullos in hac opinione quod *A*ccona locus mortis & ſepulturæ *Holdrungianæ* fuerit.

§. XIII. Excipit hunc ab omnibus fere Pruſſiæ Hiſtoricis omiſſus Henricus de Hohenlohe. qui juxta curiæ Elbingenſis publ. monumentum Magiſter eſt IX. B. *Hartknoch.* ipſum inter Hermannum a Saltza & Conradum Landgravium Thuringiæ quinto loco ponit, & in *Animadv.* ad Chron. Dusburg. P. III. c. cxxxvi. ejus ſigillum privilegio Elbingenſibus an. 1246 IV *Jd*. *A*prilis dato appenſum producit cum hac Inſcriptione: *S. Magiſtri Hoſpitalis S. Mariæ Teutonici.* Verum im A. und N. Preuſſen P. II. cap. II. illi privilegio nomen officiumq; ejus Verbis his præpoſuit: *Frater*

Henricus de Hohenloe *Hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum Hieruſalem Miniſter humilis*. de dicta hujusmodi humilitate vid. *Henneb.* ad Hannonem f. 371. Alias inſignia hujus Hohenloi fuerunt duo nigri Leones. Ut res clarior evadat, non pigrabimur ex MS *collatione Magg.* O. *T. General B. Zamelii* verba annotare: *Super januam conclavis Senatorii* Elbin*genſis Tabula viſitur pervetuſtæ picturæ, mea opinione, mox poſt fata Kniprodii, qvi longiſſime imperavit, eo locata, qvod ſub ipſis Civitas* Elbingenſis *maxime creverit. Refert Tabula Angelum, qui Mariam Virginem libro intentam ſalutat cum* AVE *&c. Inferius habentur quatuor Magiſtrorum inſignia cum inſignibus, nempe hujus Hohenloii (Burchardi de* Swanden, *Theodorici Burggrabii de Aldenburg, & Weinrici de Kniprode) qui inſcribitur:* **Bruder Heinrich Graf von Hoehenloe vnd iſt geweſeu der** IX **Meiſter.** *Quintum ex Hartknochii nova Serie poſitum, ex his documentis in Nonum commutavi. Vide quid in Hiſtoria deſideretur, de cujus fallibilitate multum conqveritur noſter Hartknochius.* In margine ſiniſtro addit: I*n privilegio* I. *Pruſſorum veterum apud* Dn. *Hartknoch A. 1249 Magiſter ordinis* Hermannus *& vice Magiſter* Hermannus. *In meo germ. ſemel dicitur:* **B. Henrich des Homeiſters Stathalde.** *Sed placet Sententia* Hartknochii [In Chronico Dusburgii]

gii]

gii] *p. 425 niſi forte legendum pro* Hermanno *&c.* *Henricus de Hohenlo.* Continuet diſcurſum hunc, augeatque numerum Magiſtrorum ſæpius laudatus Hiſtoricus noſter *in Animadv. ſuis l. c. p.* 131. *&* 132. ſeq. *An* 1221 *convocatum eſt Venetias Collegium Equitum Ordinis Teutonici, ſive ut vulgo vocant, Capitulum Generale, ubi ſciſſis in diverſas partes Electorum ſtudiis, ab altera parte electus eſt Ludovicus a Queden, ab altera vero* Henricus *de* Hohenloe*. Cæterum* Henrico *Treviris non ita longe poſt abrogatus eſt Magiſtratus, ſubſtitutusque Poppo de Oſterna.* I*n extrema tandem Senecta rurſus ad* Henricum *de* Hoenloe *devolutum eſt imperium. Defuncto poſtea Ludovico de Queden A* 1222. *electus eſt Conradus* Haſſiæ *Landgravius.* H*æc Grunov. Tr. V. f.* 6*o. ſeqq. Tract.* VI. *f.* 78. *Addit Grunov. a morte* Hermanni *de Balke Popponem de Oſterna in Pruſſiam ab de* Hohenloe *Magiſtrum eſſe miſſum. Tr. VII. f.* 86. Ita quidem novum e tenebris produximus Pruſſiæ Magiſtrum, feliciores plaſtæ, quam Iſ. Peyrer. in ſuo Præ-*A*damita h. e. Vtini. Sed quem in annum reponendus ſit, & quo locandus ordine, majoris indaginis eſt ſtudium. Non fallemus tamen, neque fallemur, ſi C. *Henricum de* Hohenloe quinto loco, B. Hartknochii veſtigia legentes, locaverimus. *A*d monimentum Elbingenſe a *Nob. Zamel*, jam ſupra lectum reſpondet *B. Hart-*

 knoch

knoch. im Alt⸗und Neu⸗Preuſſen Part. II. c. 2. §. IV. fin. Wenn man zuletzt einwenden ſolte/ daß auch aus dem obenangeführten Elbingſchen monimento nichts könne geſchloſſen werden/ weil Heinrich von Hohenloe der IXde Meiſter genennet wird/ ſo antworten wir/ daß in der Zahl leicht ein Irthum hat können begangen werden: aber in dem Nahmen ſo leicht nicht/ inſonderheit weil eben dieſer der Stiffter derſelben Stadt geweſen. Sed ad antiqvum uſuque receptum ordinem redimus.

§. *XIV.* IX. *M*agiſter Generalis fuit Burchardus Schwenden, quem MS. *Chron. Germ.* prorſus omiſit. *Dusburgio* & C. *Henneb.* vocatur, de *S*chwanden, qvod nomen *Caſp. Schutz* retinet & addit, vel von Schwaden/ *lib.* I. *Chron. Pruſſ.* in fine. *Paderbornenſi* Burchardtt vonn Swandenn. *Murinio Sz*wenden. Nob. *Zamelio* ex monumento Elbingenſi, qvod in Curia conſpicitur publice, von Swanden. Inſignia ejus fuerunt ſcalæ quoddam genus rubicundi coloris cum inſcriptione: Br. Burgart von Swanden/ und iſt geweſen der XI. Meiſter. Electus eſt an. *1283*. *S*ub hoc Pruſſicum bellum, qvod inter *M*agiſtros Provinciales & Veteres Pruſſos LIII. an. vario *M*arte gerebatur confectum eſt, armaque poſtea in Lethowinos converſa. vid. *Dusburg.* P. III. Chron. Pruſiæ cap. CC*XI.* præfuit or-

dini

dini an. VII. Mors ipſius incidit in An. 1290. De *Modo* locoq; mortis & ſepulturæ diverſæ circumferuntur ſententiæ. P. *de Dusburg* p. III. *Chron. Pruſſ. cap. CCXV.* hæc habet: *Neſcio quo ductus Spiritu dum ad terræ S. defenſionem debuit transire, petita licentia & obtenta, habitum ordinis domus Teutonicæ depoſuit, & ordinem* Hoſ*pitalariorum aſſumpſit, in quo poſtea defunctus eſt. Nicolaus Jeroſchinus, Ordinis Teutonici Capellan.* qvi Dusb. Chronicon pruſſ. Latinum in rythmos germanicos ſub Magiſtro General. Dieterico ab Aldenburg ad An. 1340. tranſtulit, addit, *quod in ultimo mortis articulo regreſſum ad Ordinem Teutonicum anxie, ſed fruſtra petierit.* Aſſenſum huic præbent *Auctor Chronici latino ſermone, ſub Friederico Duce Saxoniæ & Mag.* Pruſſ. *General. ſcripti, Caſp.* Henneb. *Expl. Maj. Tab.* Pruſſ. f. 372 373 & *Waiſſel.* p. 55. *Paderborn.* neſcio cujus autoritate motus dicit in Livoniam eſſe profectum & ab incolis humaniſſime exceptum. p. 82. b. Schwendenium in Inſula Rhodo ſupremum diem finiſſe, & in Johannitici ordinis Æde juxta Joh. Baptiſtæ ſepulchrum eſſe conditum plerique tradunt. *Caſp. Schutzius tamen Lib.* II. *Chron. pruſſ.* f. 48 diverſiſſimam ab his opinandi ingreditur viam referens, qvod collecto ex Germania & Italia 40000 militum agmine, cum imperio in palæſtinam verſus Acconam

nám Burchardus Venetiis profectus ſit per mare, ut prædictam civitatem (qvam *A*uctor Chron. ordinis latina lingva conſignati Accoron nominat) ab obſidione Babylonici *S*ultani Ægyptii Mulech Sepherapes arctisſima cruentisſimaq; liberaret. Cum vero infelici prælio exercitus ejus fuiſſet cæſus proſtratusqve, fuga ſaluti ſuæ conſuluerit, inqve *I*nſulam Rhodum deportatus, ibidem ex vulneribus acceptis mortuus & ſepultus ſit.

§. *XV.* X. CONRADUS de FEUCHTWANGEN, antea Pruſſiæ Magiſter *X.* vid. *Dusburg. Chron. Pruſſ.* Part. III. *cap.* CXCVI. & Livoniæ *XV.* de qvo *Balth. Ruſſov. Chron. Livon.* Part. II. p 28. a. & p. 29 Anno 1229 ys Conradt vam Fuchtewange/ vam vornemen Adell in Dudeſchland gebaren/ Meiſter tho Lyfflandt geworden/ welcker ock Landmeiſter in Pruſſen geweſen ys/ unde de beiden Emter tho einer tydt vorgeſtan hefft ---- Alſe he averſt 3. Jar in Lyffland regeret hadde/ ys he in Pruſſen getagen/ dar he namals ock Havemeiſter geworden ys/ Alſo hefft diſſe Meiſter de dre högeſten Empter des dudeſchen Ordens bedenet. *Dusburg.* l. c. ſeqventia adjicit: *Datus fuit & Pruſchæ & Livoniæ Fratribus in Magiſtrum An. Dn.* MCCLXXX. *ſed elapſo uno anno cum ſentiret, quod non ſufficeret ad utriusque terræ regimen, reſignato officio ſuo in Pruſchia, Magiſter*

ſolius

ſolius terræ Livoniæ manſit. Ex ſupputatione C. Schutzii, Hennebergeri, Waiſſelii, *Murinii* electus eſt A. 1290. *Dusburgio* p. 278 dicitur Wuchwangen & p. *336.* Wugwangen. *A*ntiqvo MS. Chron. Germ. Buchtewangen/ *A*uctori Chronici Latini Wnchtwangen/ Aliis & ipſi Zamelio de Feuchtwangen. Sub ejus regiminis *An. II.* urbs Accona ab hoſtibus crucis Chriſti expugnata & Ordo Teutonicus prorſus ſuccubuit, de cujus illuſtri ruina vid. *Henneb. Expl. Maj. Tab. Pruſſ.* f. *375.* ad *383. Paderb. in Chron.* MS. a. f. 83 ad *93. Waiſſel.* a. p. 95. ad *101.* Præfuit Ordini Teutonico *An.* VII. poſt exactos hos annos ſeceſſit in Bohemiam ibiqve in Dargowitz ſeu Dribnitz mortuus eſt, ut conſtat ex rhythmis Jeroſchini, qvem alii ſeqvuntur Hiſtorici:

Und ſchitt hernach herabe / von Preuſſen hin gen Prage/
Do auch des Erdens Plage/ vorſchritt Sie oldendage
Und jen ſonder Klage / Ein ander beſſer Leben gab
Daß er hatt alldir ohne Stab / wernde ſtrecke ſonder lab
Zu Dragowitz da is ſin Grab.

§. XVI. XI. GOTTEFRIDUS COMES DE HOHENLOH. *S. Grunov. Tract. X. c. 3.* vult ipſum duo nomi-

B na

na accepiſſe, unum Henrici, cum ſacro Baptiſmate tingeretur, alterum Gothofredi, in ſuſceptione ordinis ſui. *Henneb.* hujus fere eſt ſententiæ, ſed ita, ut invertat Grunovii & *Nic. Jeroſch* opinionem, perhibeatque, Gottfridi nomine inſignitum fuiſſe in initiatione, & Henrici in ordinis ſuſceptione, illud in Chronicis, hoc in ſubſcriptionibus litterarum inveniri. *Dusburgio* nominatur Hoheloch. MS. Germ. Chron. Hoenloch. *Paderbornenſi* Hohelach. *Murinio* Holoch. Electus ex Dusburgii & Jeroſchini Computo eſt an. 1297. qvem omnes alii Hiſtorici ſeqvuntur, præter Paderbornenſem & Auctorem MS. Chron. Germ. Nam ille Electionem ejus ponit in an. 1299, ſcilicet ſi intelligas Electionem ſecundam cui Waiſſelius an. 1302 deſtinat. hic in an. 1290. *Præ*fuit Ordini Mariano juxta Dusburgium an. XIII, adnectitqve idem: *Nec tamen inter alios Magiſtros computatur, qvia in XIII. Anno. reſignavit officium ſuum & iterum temerarie reſumpſit. Schutzius Lib. II. Chron.* Pruſſ. f. *53.* b. imperium ejus extendit ad An. XII. *A*lii ad an. X. *A*uctor Chronici Latini teſtatur, hunc Magiſtrum *E*lbingæ Magiſtratum ſponte ſua depoſuiſſe, poſtea, cum ipſum facti pœniteret, Venetias petiiſſe ut Imperium vi obtineret, in itinere autem mortuum eſſe. *Caſp.* Henneb, *in Expl.* Maj. Tab. Pruſſ. f. 383 de abdicatione ejus hæc inſeruit.

Er

Ad §. 16.

XII. Gottfried Comes de Hohenlohe.

Hunc perperam antiqui rerum Prussicarum scriptores unum eundemque Comitem de Hohenlohe, Henricum Magistrum O. T. Generalem, de quo supra commemoravimus, et hunc Gottfriedum fuisse, duoque nomina habuisse, quibus pro lubitu in literis publicis usus fuerit, arbitrati sunt. Sed nostra aetate res iam explorata est, Henrico Magistro O. T. Generali fuisse fratrem, qui Gottfriedus appellatus est, isque Comes Hohenlohicus et Romaniolae, ~~et~~ vices gerens Imperatoris in Italia, fuit, auctorque lineae, quae Hohenlohica semper dicta est, cum alter fratrum Conradus princeps lineae esset, quae Brauneckiana vocabatur. Hicce Gottfriedus habuit Filium, Albrechtum, autorem lineae Neckmühlerianae, quae etiam Uffenheimica et Speckfeldica appellabatur et iampridem exstincta est: atque hoc patre usus est noster Gottfriedus, qui fuit Magister Generalis: id quod quam luculentissime apparet ex tabulis genealogicis documentorum fide roboratis, quas M. Jo. Christ. Wibel in der Hohenloh. Kirchen- u. Reformations-Historie p. 34. et 36. exhibet in praefatione.

Ex documento quodam a. 1298. scripto ita se vocat: Wir bruder Gottfried von Hohenlohe Meister des Spitals S. Marien von Jerusalem des teutschen Hauses. vide Wibel. l. c. p. 20

Hoc Magistro summam rei tenente magna accessio facta est bonorum in Franconia, quae Equites O. T. a. 1290. a Craftone Comite de Hohenlohe emerant, teste Wibel. l. c. p. 155

Eius opera eodem anno lis, inter Craftonem de Hohenlohe et Gottfriedum de Brauneck cognatos exorta, composita est feliciter, ut autor est Wibel. l. c. p. 246.

Er hielt An. 1302. alii 1302. ein groß Capittelzum Elbingen/ und ſetzet alda dem Orden ſchwere Ordenungen/aber der Orden war nicht mit zufrieden/ appellirte wider dieſelbigen/und wolten ſie nicht annehmen/derhalben er auch ůbel zufrieden wurde/und ſprach/ weil ich fůr eure Seelen muß rechenſchafft geben/ hab ich ſolche Ordnung gemacht/ dieweil ich aber euch nicht genug bin zugebieten/ ſo ſeit ihr mir auch nicht gut genug/daß ich euer Hoemeiſter ſeyn ſolle. *A*, B. C. Euer Hoemeiſter bin nicht meh/ ſetzt ſich auff ſein Pferd/ ritt in Deutſchland. *S. Grunov. l. c.* ſcribit, qvod iterum in Pruſſiam venerit, Caſtra viſitaverit, & hinc in Germaniam diſceſſerit, Marpurgi mortuus & in Cathedrali Eccleſiæ tumulatus.

§. XVII. XII. *Sigfriedus de Feuchtwangen.* Infenſiſſimus Polonorum hoſtis. *Dusburg.* nominatur Siffridus de Wucgwangen, *Antiqvo* MS. *Chron. Germ.* Seiffred von Feuchtewangẽ/*Paderborn.* Seyfridt von Feuchtewange/*Waiſſelio* Seufrid von Feuchtwangẽ *Murinio* Sifridus von Wulgwangen/ Electus eſt in Capitulo Elbingenſi an. M. CCC. II. juxta *Dusburg.* P. III. *Chron.* Pruſſ. C. CC. LXXVI. *Henneb.* & *Waiſſel.* duplicem ejus Electionem obſervat in *Chron.* p. 104. b. unam in capitulo Elbingenſi an. 1302, alteram in Marpurgenſi an. 1308. in qvo abdicavit ſe *Ma-*

giſtratu, exhortans Fratres, ut DEum reverenter haberent, & alium eligerent Magiſtrum: non obſtante tamen abdicatione plenis ſuffragiis iterum illi collatus ſupremus Ordinis Teutonici Magiſtratus. an. M.CCC.IX veniens in Pruſſiam vid. *Dusburg. l.c.* & MS. *Chron. Germ.* domum Principalem tranſtulit Mariæburgum, & titulo *M*agiſtri Provincialis qvi LXXX an. duravit abrogato, Magnum Commendatorem Ordinis *H*enricum de Plotzk creavit; de tempore regiminis ejus variæ ſunt Hiſtoricorum ſententiæ, qvas verbis *Henneb.* ex Expl. Maj. Tab. Pruſſ. f. 279. dabimus conciliabimusqve; Es ſein die geſchriebene Preuſch Chron. in Zeiten vnd Regieruug der Hoemeiſter und Landemeiſter übel zu vereinigen/wie in dieſem Hoemeiſter zu ſehē/ deñ etzliche ſetzen er hab nur 2 Jahr regiret/etzliche ſetzen 4 Jahr/aber andere wollen das er 10 Jahr regiert hab. die aber nur 2 Jahr ſetzen/ die ſetzen nur die Zeit ſo er in Preußen als ein Hoemeiſter gewonet hat/die aber 4. ſetzen die Zeit ſo er rechtſchaffen und allein Hoemeiſter geweſen iſt/ die aber ſo 10 Jahr ſetzen/ meinen die Zeit/ da er zum erſtenmahl zum Hoemeiſter gewelet iſt worden/ bieß auff die Zeit da er geſtorben iſt. Ex calculatione B. *Hartknoch.* Mariæb. an. 1311. initio Martii mortuus & Culmſeæ in Cathedrali Eccleſia ſepultus. *Alii*, ut *Waiſſelius* p. 108 b. notat, in Templo

Gesammlete Nachrichten zur Ergänzung der Pohlnisch. Preußisch.
u. Märkischen Geschichte I. B. p. 10. seqq. not. d.) Dieser
HochMstr Siegfried von Feuchtwangen ist der XIIIte in der
Ord. Duellius P. I. p. 27. weil er von andern nur als der
XIIte angegeben wird, welches daher rühret, daß Henricus
von Hohenlohe fast gäntzlich in d. Geschichte des Ordens ver-
gessen word. etc. Siegfridus a Feuchtwangen, welcher
a. de Wuchwangen und Wuycwangen geschrieben wird, ist be-
reits a. 1302. zum HochMster erwählet; da selbiger aber ab-
wesend war, so bediente sich Gottfried von Hohenlohe, wel-
cher aber gleich vorher in dem Capitul zu Elbing resigniret,
nahm er doch wieder d. Regierung an, u. führte selbe bis
a. 1309. fort, in welchem Jahre Siegfr. von Feuchtwangen
zum zweyten mahle erwählet, u. d. Würde eines Hoch-
Mstrs ihm übertragen wurde, welches er bis a. 1312.
verwaltet, da er d. 5ten Martii zu Marienburg starb u. in
der Culmseeischen Haupt Kirche begraben wurde. Duellius P. I.
p. 27. 28. Schütz fol. 56. (b) Die Geschichtschreiber begehen bey
diesem HochMster unterschiedene Fehler, wovon wir durch
nur einige bemerken wollen. 1.) Hartknoch A. u. N. Pr.
p. 296. saget, daß von ihm a. 1306. Heinrich von Plotzko zum
ersten LandMster in Pr. bestellet worden, welches aber nicht
seyn kan, da er erst a. 1309. zu d. Würde eines HochMstrs ge-
langet, vielmehr gehören die ersten Jahre des gedachten
LandMeisters noch zur Regierung Gottfrieds von Hohenlohe
Indessen wird dennoch in dem Pr. [illegible] Tempel p. 137.
seqq. dieses HochMstrs Leben zu finden p. 139. aber dieser
Fehler begangen. II.) [illegible] : Nachr. und d. dieser
Siegfriedt von Feuchtwangen a. 1311. im Anfang des Mo-
nats Martii gestorben — ist im folgenden 1312. Jahre an
seine Stelle zum HochMster erwählet worden Carl Beffart
von Trier. Daß aber solches nicht seine Richtigk. habe, er-
hellet aus folgendem 1.) ist durch diesen HochMster a. 1311.
gantz Pommerellen um 10000 Marck breiter Groschen
dem Marggr. Waldemaro abgekaufet, auch d. Contract zwi-
schen beyden in vigilia b. Jacobi Apostoli geschlossen worden
welches d. 24ten Jul. gewesen. Duell. p. 26. Schütz fol. 55.
(c.) (2.) Um Fastnachten des obgedachten 1311ten Jahres sind
die Litthauer, so unter ihrem [illegible] Vicken in Preußen
eingefallen waren, durch den Comethur von Königsb. Frie-
derich von Wildenburg, welchem der HochMstr Ihnen

entgegen

entgegen geschickt, gänzlich geschlagen worden, Duisb. p.
368. Schütz fol. 56. Kojalowicz Hist. Lith. P. I. p. 236.
setzet auch hinzu, daß dieser Einfall im April geschehen,
v. Duellius l.c. p. 28. bemerket, daß der Sieg über die
Litthauer den 5ten April erfolget sey. — 3.) Wenn Seyfried
von Feuchtwangen im Martio 1311. gestorben, sein
Successor aber erst a. 1312. erwählet, so würde fast
ein ganzes Jahr sedes vacans gewesen seyn, welches die
Geschichtschreiber, als einen bemerkens- Umstand nicht
würden vergessen haben. Es bleibet also vielmehr dabey,
daß dieser Hochmeister erst a. 1312. d. 5 Mart. mit Tode
abgegangen. — III. Hennebergers Erkl. der Pr. Landtaf.
p. 280. sagt, dieser Hochmeister wäre bereits a. 1308. zum
zweytenmal gewählet worden, welchen Fehler auch
Leo Hist. Pruss. p. 127. begehet. Daß aber dieses nicht
seyn können, sondern solche Wahl erst a. 1309. vor
sich gegangen, erhellet aus Duellii l.c. p. 27. wie
denn auch Schütz fol. 53. (b) deutlich bezeuget, daß Gottfr.
von Hohenlohe Anno a. 1309. ein Capitel zu Elbing ge-
halten. — v. Pr. Samml. T. II. p. 98. — 119. Act. Bor. T. III.
p. 507. — 529. 582 — 602
(Chupsohn in Annal. Msc. Elbing. ad a. 1303. schreibt,
von Gottfr. Graf von Hohenlohe, daß er freywillig ab-
gedanket habe: Welches l.c. Schütz a. 1309. geschehen zu
seyn [illegible] u. zwar daß dieser H.Meister einen Convent abge-
drungen worden seyn soll, welches f. 53. aber solches wenig
wird allen bewährten Preußischen Scribenten bekannt.)

plo Cathedrali *Marienwerderæ* humatum eſſe volunt.

§. *XVIII.* XIII. Karolus de *Treveris* vid. Dusburg. p. III. cap. *CCCVII.* Ex illorum poſteris dicitur fuiſſe qvos Antonius Caracalla Roma expulit. *Antiqv. Germ. Chron.* vocat eum Carle von Trire Beſſart. *Paderborn.* Carl Beſſert von Trire. *Waiſſelius* & *Henneb.* Carolum Boſphorum ſ. Beſſart. *Michov.* ſubſtituit Carolum de Luczenburg. Electus eſt an. 1312. in Capitulo *Mariæburgenſi* Feſto Johannis Baptiſtæ, cum eidem dignitati Fr. David von Kamerſtein / Commendator Gedanenſis inhiaret. Præfuit ordini *Mariano* An. *XIII.* ut omnes conſentiunt. Cum Romæ coram Johanne *XXII.* P. R. cauſam ordinis ſui ſtrenue defendiſſet, inde ægrotus in Alemanniam diſceſſit, & ſeqv. Anno 1324. Treviris in Patria ſua, qvod mortale fuit exuit, ibidemqve honeſta ſepultura condecoratus in Æde ordinis ſui. conf. *Dusburg*, l. c. *Alii* Wiennæ in Auſtria ipſum mortuum & ſepultum eſſe affirmant vid. *Schutz.* H. R. P. *Lib.* II. *f. 60.*

XIX. — §. XIV. Wernerus de *Orsele*, antea *Magnus* Pruſſiæ Commendator a *Beſſarto*, anteqvam e Pruſſia abiret, conſtitutus. *Aliis* cognominatur de Orſele, von Orſellen/von Urſelen. B. Zamelio Wern-

Nher von Ursulen. De Anno Electionis Ejusva-
riæ circumferuntur Opiniones. Dusburg. eum reti-
cet, cui Chronicon ſuum dedicavit, illudqve ad an.
1326. perduxit. *Antiqv.* MS. *Chron Germ.* A. 1328
electum eſſe perhibet. Chronologiam hancſeqvitur
ex *Grunov.* Tract. XI. c. 2 *Caſp. Henneb. in Expl.
Maj. Tab. Pruſſ.* f. 283 *Murin. & Waiſſel.* placet an.
1322. *Schutzio* & *B. Hartkn.* an. 1324 d. 6 Julii qvo
etiam Anno Kniphovianæ urbi primum conceſſit
Privilegium. vid B. Hartknoch. in *Dusb.* ſuo p. 176
Ex nonnullorum computo præfuit Ordini an. III. ſe-
cundum *Schutzium* ex continuat. Dusb. cap. XX. an.
VI. menſ. IV. D. XII. Feſto Eliſabethæ e veſperis re-
dux a Fr. Joh. de Endor *Grunov.* ipſum vocat Jo-
hann von Brondorff/ *Paderborn.* von Byndorff.
Schutzius Hans von Bienendorff *Henneb.* Johann
Bindorp/ *Waiſſel.* Biendorff/ cum in bellum pro-
ficiſci a *M.* G. prohiberetur, cultro *M*ariæburgi confoſ-
ſus eſt. Parricida (*M*archicum fuiſſe omnes ſere con-
ſentiunt.) comprehenſus in veſtigio, in carceres per-
petuos ex ſententia Joh. XXII. *P.* R. conjectus eſt, in
qvibus pane & aqva ſaturaretur. vid. *Schutz.* H. R. P.
Lib. II. f. 64. b. in cathedrali Eccleſia die Clementis
in Inſula *M*ariana ſepultus.

§. 20.

§. XX. XV. LUDERUS DUX BRUNSWICENSIS, Ex Trapiario & Commendatore Chriſtburgenſi Mag. General. creatus. Hunc *Contin. Dusburg.* cum ſeqventibus tribus, Dieterico Comite Oldenburgenſi, Ludolpho König & Henrico Dusnero, omiſit. *Henneb.* dicitur Luder/*Schutzio* Ludert/ *Murinio* & *Waiſſelio* Ludolphus. Supputante *Murinio* electus eſt an. 1322 Waiſſel an. 1325. Verum certior eſt chronologia Schutzii, Henneb. B. Hartk & Conſult. quondam Zamelii, qui Anno 1331. *Dn.* Invocavit Mariæburgi electum eſſe aſſerunt. *Præ*fuit ordini Mariano *An.* IV. *In*firmus in templum cathredale, quod Kniphovii conciderat *An.* 1335 poſt feſtum paſchatos Fer. VI. deportandum ſe curavit, ut miſſam audiret, qua audita ibidem mortuus, & in choro ſepultus eſt.

§. 21. XVI. *Theodoricus Burggrabius de Aldenborg.* MS. *Chron. lat.* & *Zamel in Chronol.* Ditrich Grave von Aldenburg. Schutz Lib. II. f. 76 b. Ditterich Graff zu Alpenburgk *Paderborn.* Ditterich Burggraff von Aldenburgk *Henneb.* & *Waiſſel.* Ditterich Graff von Oldenburg *B. Hartknoch. Octogenarius* an. 1335. Feſto Aſſumptiones Mariæ electus eſt *M*ariæburgi ſupremi *M*ariani ordin. *M*agiſter, ut *Henneb.* & *Hartkn.* colligunt. Antea fuit *M*areſchallus Pruſſiæ, *S*axo genere, a captivitate Polonica liberatus

ratus, conf. *Michov. Chron. Polon Lib.* IV. *c.* XXII. præfuit Ordini ſuo an. VI. Secundum plerosqve in civitate noſtra Thorunienſi mundo valedixiſſe creditur translatusqve a Carolo *M*oraviæ *M*archione, Joh. Reg. Bohem. filio *M*ariæburgum primus Cryptæ *S.* Annæ, qvam condiderat illatus eſſe cenſetur *Schutz.* autem *Lib.* II. *Chron.* Pruſſ. *fol.* 70. *b.* An. 1341 veſpera *S.* Viti Mariæburgi ipſum a prædicto *M*archione prius ſalutatum obiiſſe & *S.* Annæ monumento incluſum eſſe refert. Poſt ejus mortem Conradus a Schwartzenburgk Pruſſiam ordinemqve rexit.

§. XXII. XVII. *Ludolphus Kœnig* Dominus *a Weitzau,* Nobilis Saxo. MS. *Lat. Chron.* dicitur Koning, quo nomine etiam inſignitur a *Nob. Zamel. in Chronol.* MS. *Antiqv. Chron. Ord. Germ.* MS nominat eum König Ludolph. *Waiſſelio* p. 117. b. vocatur Rudolphus. *E*lectus eſt An. 1342. *M*ariæburgi ex computo *Henneb.* & *B. Hartkn. Schutz. lib.* II. *Chron. Pruſſ.* f. 71 a. in Magiſtrorum numerum An. 1343. ante Feſtum III. Regg. cooptatum eſſe ſcribit. Præfuit Ordini An. III. Propter certas corporis ſui infirmitates deliriumqve officio Magiſtratus ſe in capitulo Mariæb. abdicavit & in caſtrum Engelborgk (hodie Engelsburg Pol. Pokrzywno ad Oſſam) ad mortem usqve qvod reliqvum erat vitæ in munere Commendatoris tranſegit, Marienwerderæ lateri de Vrſelen M. in templo appoſitus An. 1345.

§. XXIII. XVIII. HENRICUS DUSNER. *Antiqv.*

MS.

MS. *Chron. ordin.* nominatur Tuſemer. *Paderborn.* Deſemer *Waiſſelio Henneb. Schutz. B. Hartknoch.* Duſener & Dusnerus von Arffbergk / Nobil. *Pomer.* *Murinio* Dueſener vel Duſemer. *Zamelio* Duſinar Electus eſt An. 1345. Feſto Luciæ. præfuit Ordini *An.* VI. *Antea* erat Mareſchallus Pruſſiæ: ultro depoſuit officium *An.* 1351. & Bratianum Bretchen ſe contulit, ubi etiam vitam cum morte commutavit, indeqve *Mariæ*burgum devectus Cryptæ S. *Annæ* illatus eſt.

§. 24. XIX. Winricus a Kniprode. *Antiqv.* MS. *Germ. Chron. Ordin.* appellat ipſum Weinrich von Knipperade / *Latin. Chron.* MS. Wynricus de Knyprode. *Paderborn.* Weynrich von Knyprede / *Waiſſel.* Weinreich von Kniperode / *Murinius* Kniperade / *Schutz.* Heinrich vel Winrich von Kniprode. *C. Henneb.* Winricum, qvo nomine etiam inſignitur a Contin. *Dusburg.* cap. XXIII & XXVIII. *Zamel.* *Weinricum* de Kniprode. Electus eſt, cum antea Mareſchallus Pruſſiæ eſſet, An. 1351. anni regiminis annusqve ejus mortis, continentur ſeqv. Chronoſticho:

QVI VIVens fortIs, In tantIs ReX erat annIs. Annni Regim. 31.

VInCLa sVbIt MortIs VVInrICVs noCte IoannIs. Annus mortis 1382.

Mariæburgenſi in Crypta S. Annæ ſepultus.

C Res

RES pulchra, Hiſtoriæ patriæ pervolvere ritus,
Notitiæ & dulcis mella parare ſibi.
Præter noſſe DEum, virtus non major in orbe
Proſtat, quam patrios pervolitare libros.
Noſſe DEum, Marvitz, ſtuduit, jam noſſe Magiſtros
Geſtit, qui pruſſas incoluere domos.
Sit labor hic felix! ſis mox ſpectandus in urbe,
Quod poſſis noſtro commoda ferre ſolo.

Boni ominis ergo, Induſtrio & pio Reſpondenti appl.

PRÆSES.

Hiſtoriam Patriæ & quod priſco tempore geſtum,
Egregium ſane eſt addidiciſſe bene.
Hac Tu jam flores, Reſpondens optime, laude
Det Deus, ut tandem præmia larga feras

Hoc vovet ex animo

Joh. Frid. Thomas, *Thorun. Opp.*

EXimium ſpecimen depromis, quando Magiſtros
Pruſſorum veteres, Civis amande! refers.
Gratulor hinc animo toto, voveoque ſecundet
Porro Conatus Numen ab axe tuos.

His paucis Dn. Reſpondenti Civi ſuo Optimo gratulabundus applaudebat.

Jac. Perschke, Opp.